

atque uti esset, esse oporteret, si is, qui ita confessus erit, aut d. e. r. non responderit, aut se sponcione iudicioque, uti oportebit, non defenderit, ejus pecuniæ ei qui eam suo nomine petierit, quove eam d. o., ex iudicis dateis, iudicare recte jusseis, iure lege damnatus esset fuisse. Quoique quomque in vir in vir præfec. ve ubi j. d. p., is eum qui ita quid confessus erit, neque id solvet satisve faciet eum qui se sponcione iudicioque, uti oportebit, non defenderit, aut in iure non responderit, neque id solvet satisve faciet, t. p., quanta ea pecunia erit, de qua tum inter eos ambigetur, dum t. [HS] XV, s. f. s. duci iubeto, queique eorum, ad quem ea res pertinebit, duxerit, id ei fraudi pœnæve ne esto, quodque ita factum actum iustum erit, id jus ratumque esto. Quominus in eum, qui ita vadimonium Romam, ex decreto ejus qui ibi j. d. p., non promiserit, aut vindicem locupletem ita non dederit, ob e. r. iudicium remp. is qui j. d. p., ex h. l. det. iudicareque d. e. r. ibi curet, ex h. l. n. r.

§. 22. A quo quid præter pecuniam certam creditam, signatam forma p. p. r., in eorum quo o. m. c. p. f. v. c. c. t. ve, quæ sunt eruntve in Gallia cis Alpeis, petetur, quodve quom eo agetur, quæ res non pluris HSXV erit, si ea res erit, de qua re omni pecunia ibi jus deicei iudiciave darei ex h. l. d. o., si is eam rem, quæ ita ab eo petetur, quomque eo agetur, ei qui eam petet, deve ea re ager, aut iei, quouis nomine ab eo petetur, quomve eo agetur in iure, apud eum, qui ibi j. d. p., d. f. p. restituereve oportere, aut se debere, ejusve eam rem esse, aut se eam habere, eamve rem de qua arguetur, se fecisse, obligatumve se ejus rei noxiæve esse confessus erit

deixseritve, neque d. e. r. satis, uti oportebit, faciet aut, si sponcionem facere oportebit, sponcionem in faciet, non restituet, neque se iudicio, uti oportebit, defendet, aut si d. e. r., in iure nihil responderit, neque d. e. r. se iudicio, uti oportebit, defendet, tum de eo a quo ea res ita petetur, quomve eo d. e. r. ita agetur, deque eo qui eam rem d. f. p. (*dari, fieri, præstari*) restitui satisve d. e. r. fieri oportebit, s. l. v. j. c. q. o. o. r. e. (*si rem lex, res, jus, causæ que omnibus omnium rerum esto*), atque uti esset esseve oporteret, si is qui ita quid eorum rerum confessus erit, aut d. e. r. non responderit. neq. se iudicio, uti oportebit, defenderit, de iis rebus Romæ apud pr. eumve qui de iis rebus Romæ j. d. p. esset, in iure confessus esset, aut ibi d. e. r. nihil respondisset, aut iudicio se non defendisset. *Prætor* isve qui d. e. r. Romæ j. d. p., in (*præerit*) eum et in heredem ejus; d. e. r. omnibus ita ju deicito decernito, eosque duci, bona eorum possideri proscreebeve veneireque iubeto, ac si is heresve ejus d. e. r. in iure apud eum pr. eumve qui Romæ j. d. p. præesse, confessus esset, aut d. e. r. nihil respondisset, neque se iudicio, uti oportuisset, defendisset. Dum nequis d. e. r. nisi pr. isve qui Romæ j. d. p., eorum quouis bona possideri proscreebeve veneire, duceique eum iubeat.

§. 23. Queiquomque in eorum quo o. m. c. p. f. v. c. c. t. ve que in Gallia Cisalpeina sunt erunt. j. d. p., is inter eos qui de familiæ (*sic*) circueunda devidunda iudicium sibi darei reddeve, in eorum quo o. m. c. p. f. v. c. c. t. ve, quæ s. s. s. postulaverint, ita jus deicito decernito iudicia dato iudicare iubeto, uti in eo o. m. c. p. f. v. c. c. t. ve in quo is quouis.....

## NUM. XIII

### FRAGMENTOS DEL DERECHO PRETORIO Y EDILICIO

SE REFIERE Á LA NARRACION, LIBRO VI, CAP. 14.

Administrábase en Roma la justicia por un *prætor urbanus* entre los ciudadanos, y por un *prætor peregrinus* entre los extranjeros, ó entre estos y los ciudadanos. Estos pretores eran anuales y al tomar posesion de su cargo publicaban edictos ó sean manifestos de las reglas por las cuales habian de juzgar, de la conducta que observarían en los casos no determinados por las leyes, de la inteligencia que darían á las oscuras, y del cómo moderarían las severas, y que ya por el trascurso del tiempo estaban en disonancia con las costumbres. La mayor parte conservaban el edicto del predecesor (*edicta traslatitia*), principalmente respecto de las disposiciones á que el pueblo habia asentido tácitamente. Cuando las circunstancias, no obstante, lo exigían, los pretores promulgaban edictos extraordinarios (*repentina*), que contenían decisiones de casos particulares.

Los ediles curules podían publicar igualmente edictos semejantes acerca de la policia y de los edificios públicos, y tal vez tambien sobre disposiciones de derecho privado, como sobre la compra de casas que tenían vicios ocultos. Tambien los tribunos de la plebe y los censores tenían el derecho de publicar tales edictos, pero muy raras veces se referían á puntos de derecho privado.

El derecho introducido por los magistrados se llamaba *jus honorarium*, porque traía su origen del pretor. Presentamos aquí sus fragmentos, valiéndonos para ello de la edicion de Haubold. La cifra colocada al fin de cada fragmento, denota el número de los libros escritos por Ulpiano sobre los dos edictos :

#### I. EDICTO PRETORIO.

##### De jurisdictione.

Fr. 1. Qui magistratum potestatemve habebit, si quid in aliquem novi juris statuerit, ipse, quandoque adversario postulante, eodem iure uti debet. Si quis apud eum qui magistratum potestatemque habebit, aliquid novi juris obtinuerit, quandoque postea adversario ejus postulante, eodem iure adversus eum decerneretur; scilicet, ut, quod ipse quis in alterius

persona æquum esse credidisset, id in ipsius quoque persona valere patiatur.

1. §. 1. *quod quisq. juris in alterum* (III).

##### De edendo.

Fr. 2. *Argentariæ mensæ exercitores rationem, quæ ad se pertinet, edant adjecto die et Consule.* Fr. 4. *pr. de edendo* (IV).

Fr. 3. *Argentario, eive qui iterum edi postulabit, causa cognita edi iubebo.* Fr. 6. § 8 (IV).

##### De pactis.

Fr. 4. *Pacta conventa, quæ, neque dolo malo, neque adversus leges, plebiscita, senatusconsulta, edicta principum, neque quo fraus cui eorum fiat, facta erunt, servabo.* Fr. 7. *De pactis* (IV).

##### De in jus vocando.

Fr. 5. *Parentem, patronum, patronam, liberos, parentes patroni, patronæ, in jus sine permissu meo ne quis vocet.* Fr. 4. § 1. *De in jus voc.* (V).

Fr. 6. *Si quis parentem, patronum, patronam, liberos aut parentes patroni, patronæ, liberosve suos, eumve quem in potestate habebit, vel uxorem, vel nurum, in iudicium vocavit, qualiscumque fidejussor iudicio sistendi causa accipiatur.* Fr. 2. *Qui satisd. cog.* (V).

Fr. 7. *In bona ejus, qui iudicio sistendi causa fidejussorem dedit, si neque potestatem sui faciat, neque defenderetur, iri iubebo.* Fr. 2. *pr. Quib. ex causis in poss. eatur* (V).

##### De postulando.

Fr. 8. . . . *Qui leges, plebiscito, senatusconsulto, edicto, decreto principum, nisi pro certis personis, postulare prohibentur, hi pro alio quam pro quo licebit, in iure apud me ne postulent. Qui ex his omnibus, qui supra scripti sunt, in integrum restitutus non erit, pro alio ne postulet, præterquam pro parente, patrono, patrona, liberis, parentibusque patroni, patronæ, liberisve suis, fratre, sorore, uxore, socero, socru, genero, nuru, vitrico, noverca, privigno, privigna, pupillo, pupilla, furioso, furiosa, cui eorum a parente aut de majoris partis tutorum sententia, aut ab eo cujus de ea re iudicatio fuit, ea tutela curatior data erit.* Fr. 1. 8. 9. 11; fr. 3. *pr. de postul.* (VI)





minus apud te esset, ita eum eamve exhibeas. Fr. 3, pr. de liberis exhib. (LXX).

Fr. 95. Si Lucius Titius in potestate Lucii Titii est: quo minus eum Lucio Tito ducere liceat, vim fieri veto. Fr. 3, pr. eod. (LXXI).

Fr. 96. Utrubi hic homo, quo de agitur, majore parte hujusce anni fuit: quo minus is eum ducat, vim fieri veto. Fr. 1, pr. de utrubi (LXXII).

Fr. 97. Si quis dolo malo fecerit quo minus quis, permissu meo, ejusve, cujus ea jurisdictio fuit, in possessionem honorum sit, in eum in factum iudicium, quanti ea res fuit, ob quam in possessionem missus erit, dabo. Fr. 1, pr. ne vis fiat ei qui in poss. (LXXII).

Fr. 98. Si hic homo, quo de agitur, non est ex his rebus de quibus inter te et auctorem convenit, ut quæ in eam habitationem qua de agitur, introducta, importata, ibi nata factave essent, ea pignori tibi pro mercede ejus habitationis essent: sive ex his rebus esset ea merces tibi soluta, eove nomine satisfactum est, aut per te stat, quo minus solvatur: ita quo minus ei, qui eum pignoris nomine induxit, inde abducere liceat, vim fieri veto. Fr. 1, pr. de migr. (LXXIII).

Fr. 99. Quæ Lucius Titius fraudandi causa, sciente te, in bonis, quibus de ea re agitur, fecit, ea illis, si eo nomine, quo de agitur, actio ei ex edicto meo competere esse oportet, ei, si non plus, quam annus est, quum de ea re, qua de agitur, experiundi potestas est, restituas. Interdum causa cognita, etsi scientia non sit, in factum actionem permittam. Fr. 10, pr. quæ in fraud. cred. (LXXIII).

## II. EDICTO DE LOS EDILES CURULES.

Fr. 100. Qui mancipia vendunt, certiores faciant emptores, quid morbi vitique cuique sit, quis fugitivos errore sit, noxave solutus non sit, eademque omnia, quum ea mancipia veniunt, palam recte pronunciant. Quod si mancipium adversus ea venisset, sive adversus quod dictum promissumve fuerit, quum veniret, fuisset: quod ejus prestari oportere dicitur, emptori omnibusque ad quos ea res pertinet, iudicium dabimus, ut id mancipium redhibeatur. Si quid

autem post venditionem traditionemque deterius emptoris opera, familia, procuratorisve ejus factum erit; sive quid ex eo post venditionem natum, adquisitum fuerit; et si quid aliud in venditione ei adcesserit, sive quid ex ea re fructus pervenerit ad emptorem; ut ea omnia restituat. Item, si quas adcessionem ipse præstiterit, ut recipiat. Item si quod mancipium capitalem fraudem admiserit, mortis consciscendæ sibi causa quid fecerit, inve arenam depugnandi causa ad bestias intromissus fuerit: ea omnia in venditione pronunciant: ex his enim causis iudicium dabimus. Hoc amplius, si quis adversus ea sciens dolo malo vendidisse dicitur, iudicium dabimus. Fr. 1. § 1. de edil. edicto. (A GELLII, Noctes att., VI. 2.)

Fr. 101. Et quanta pecunia pro eo homine soluta, adcessionisve nomine data erit, non reddetur; cujusve pecuniæ quis eo nomine obligatus erit, non liberabitur. Fr. 23. § 9. eod. (I).

Fr. 102. Qui jumenta vendunt, palam recte dicunt, quid in quoque eorum morbi vitique sit; utique optime ornata vendendi causa fuerint, ita emptoribus tradentur. Si quid ita factum non erit, de ornamentis restituendis, jumentisve ornamentorum nomine redhibendis, in diebus sexaginta; morbi autem vitique causa inemtis faciendis, in sex mensibus; vel quo minoris, quum venirent, fuerint in anno, iudicium dabimus. Si jumenta paria simul venierint, et alterum in ea causa fuerit, ut redhiberi debeat, iudicium dabimus, quo utrumque redhibeatur. Fr. 38, pr. eod.

Fr. 103. Quæ de jumentorum sanitate diximus, de cetero quoque pecore omni venditores faciunt. Fr. 38. § 5. eod.

Fr. 104. Ne quis canem, verrem, vel minorem aprum, lupum, ursum, pantheram, leonem, alindve quod noceret animal sive soluta sint, sive adligata ut contineri vinculis, quo minus damnum inferant, non possint, qua vulgo iter fiet, ita habuisse velit ut cuiquam nocere, damnumve dare possit. Si adversus ea factum erit, et homo liber ex ea re perierit, solidi ducenti: si nocitum homini libero esse dicitur, quanti bonum æquum iudici videbitur, condemnatur: ceterarum rerum, quanti damnum datum, factumve sit, dupli. Fr. 40, § 1, fr. 41 (PAULUS, lib. II, ad edictum edil. cur.) e fr. 42 eod.

## NÚM. XIV

### CUADRO DE LAS DIGNIDADES

DE LOS IMPERIOS ORIENTAL Y OCCIDENTAL HÁCIA LA MITAD DEL SIGLO V.

SE REFIERE Á LA NARRACION, LIB. VII, CAP. 5.

Tomado de la *Notitia utraque dignitatum cum Orientis tum Occidentis, ultra Arcadii Honorique tempora*, con los comentarios de GUIDO PANCIROLI. Venecia, 1602.

#### IMPERIO DE ORIENTE.

#### DIGNATARIOS con el título de ILUSTRES.

Llamábanse ilustres despues de Augusto los *patricios*, esto es, los senadores, miembros del consejo de Estado; pero despues se extendió este título á otros varios. Ademas de las prerogativas que les eran comunes con los Respetables y los Clarísimos, gozaban la de ser juzgados en causas criminales por el príncipe solamente ó por un delegado suyo. Llamábanse en los discursos *sublimissimi, excellentissimi, vestra magnificentia, vestra celsitudo*. Eran diez, á saber:

#### 1. PRÆFECTI PRÆTORIO.

*Prætoria*, en tiempo de la república, se llamaba la cohorte que custodiaba la tienda del general: en tiempo de los emperadores, aumentadas las cohortes que componian la guardia del príncipe, fué nombrado para mandarlas un *præfectus prætorio*. Había dividido Augusto entre dos sus cargos; Tiberio los reunió en Seyano solo, el cual le indujo á reunir en un solo campamento á los pretorianos, que antes se hallaban distribuidos en varios cuarteles. Marco Aurelio reunió en ellos á la autoridad militar, la civil y la judicial. Cómodo les confió el cuidado entero del gobierno, aumentándolos hasta tres, y por último Constantino dividió y disminuyó su poder, nombrando cuatro, y quitándoles el mando de los ejércitos, de modo que fueron solo magistrados civiles y políticos. Eran:

#### A. Præfectus prætorio Orientis.

a. Las provincias que estaban bajo su gobierno se dividian en cinco diócesis.

α. Diócesis de Oriente, con quince provincias: Palestina, Fenicia, Siria, Cilicia, Chipre, Arabia, Isauria, Palestina Saludable, Palestina Segunda, Fenicia del Líbano, Eufratense, Siria Saludable, Osroene, Mesopotamia, Cilicia Inferior.

β. Diócesis de Egipto, con seis provincias: Libia Superior, Inferior, Tebáida, Egipto, Arcadia, Augustana.

γ. Diócesis de Asia, con once provincias: Asia, Panfilia, Helesponto, Lidia, Pisidia, Licæonia, Frigia Pacaciana, Frigia Saludable, Libia, Caria, islas del Egeo.

δ. Diócesis del Ponto, con once provincias: Galacia Primera, Bitinia, Honoriada Primera y Segunda, Capadocia, Paflagonia, Ponto Polemoníaco, Helesponto, Primera y Segunda Armenia, Galacia Saludable.

ε. Diócesis de Tracia con seis provincias: Europa, Tracia, Emimonto, Ródope, Mesia Inferior, Escitia.

b. Su consejo se hallaba compuesto del siguiente modo.

α. *Asesores ó consejeros*, elegidos entre los jurisconsultos; el prefecto les remitía las causas que habían de examinarse: en las civiles decidían, y de las criminales daban cuenta al prefecto.

β. *Los abogados*.

1. de la primera clase había sesenta y cuatro, de entre los cuales se elegían anualmente dos, para defender las causas del príncipe *patroni fisci*.

2. de la segunda clase había noventa y seis.

c. Sus ministros

eran muchos con orden y título militar (*in officio militari*) y eran de dos clases:

α. *Scriniarii*.

Nombre general de los empleados, de los *scrinia* ó *papeleras*, subdivididos en